



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XXI. Qua ratione se ad exhortationes præpararet, pro Tyronum  
informatione

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

dalizasset. Et cum Pater ille ab eo peteret, ut eius esset in caelo memor: ille ad eum iam de sua salute erat securus, ut dixerit: faciam, quia ibi non sunt ingrati. Et tunc coepit submissa voce, & paulatim dicere: *Letatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* His & alijs similibus verbis dictis, animam suam Deo tradidit decima hora noctis eiusdem diei, quo dixit, se in caelum iturum ad Matutinas decantandas, magnam nobis spem relinquens, quod in reliqua parte noctis Stolum suam esset abluturus, ut posset cum omni puritate illas decantare, & recipere Palmam & coronam gloriae, quam erat promeritus propter tam multa, quae in saeculo reliquit, ut Christum sequeretur, & plurimum quod in Religione fecit, & laboravit, ut illi placeret.

## CAPUT XXI.

*QUA RATIONE SE AD EXhortationes prepararet, daretque in eisdem operam, ut Tyrones magnam acciperent Instituti sui notitiam, estimationem, & amorem.*



UAMVIS dixerimus de efficacia exhortationum P. Balthassar's ad Novitios, non erit abs re, modum explicare, quo ad eas habendas se preparabat; & quodnam ordinariè esset eorum argumentum ad eos docendos



cendos perfectionē, quam in Religione quærebatur.  
 Preparatio eius nō tam in magno studio, quā in  
 multa oratione consistebat. eius enim erat opinio  
 nis, quod ratio in faciendis exhortationib<sup>9</sup> potius  
 attendenda esset, vt necessariae veritates magna  
 sensuque, quā curiosis conceptibus, quæ cor  
 non adhaerescūt, dicerentur. Quare non aliud  
 dium adhibebat, quā vt duas vel tres veritates  
 acciperet, & orationi circa eas incūberet, bene  
 perpendendo, ac digerendo, adhibitis etiam ali  
 quibus sacrae Scripturae, & Sanctorum sententiis,  
 quas Deus in memoriam illi reuocabat ex multis  
 quas alias legisset: & tunc ex singulari providen  
 tia, earundem Dñm, & possessorem se esse videbat.  
 Ita ipsemet factus est in quodam indice, quē in  
 libello scripserat, gratiarū, & beneficiorum à Deo  
 acceptorum: & eas referens, quæ ad suum officium  
 „ erga Tyrones pertinebant, sic loquitur: Exper  
 „ sum intellectū, res, phrasēs, & modum eas propo  
 „ nendi: quia suggereretur mihi paulatim, quod ego  
 „ non potuissem cogitare; obseruato tamen eius pro  
 „ uidentiae præscripto, quo volebat, vt aliquam ego  
 „ diligentiam adhiberē, non tamen nimiam; nā haec  
 „ potius mihi nocuisset. Hoc autē ex eo deduco, quod  
 „ non mihi res communicet, nisi ipso tempore, quo  
 „ opus est; & ex fiducia inde in me iam orta, quod se  
 „ pius hac ratione mecum est vsus. Hinc illud proce  
 „ niebat (quod ego sæpē animaduerti) vt in Confe  
 „ rentijs spiritualibus, in quibus ex tempore ad ea  
 „ respondebat, quæ proponebantur: maiori quā  
 „ vi & spiritu loqueretur, quā in aliquibus exhor  
 „ tationibus. Dum enim nos, quod cuique occurre  
 „ bat, respondebamus: ille à Deo D. N. id ipsi inspi  
 „ rant



fanti obtinebat, quod esset respondendum. Quare cum aliquis nostrum, qui id etiam animadverterat, ab eodem Patre huius rei causam interrogaret: respondit: causa illa erit: quod in exhortationibus loquar ego; in Conferentijs verò ipse Deus. Hoc volens insinuare, quod quoniam Conferentiæ non inniteretur studio proprio, Deus inspiratione sua subueniret, ut illud suppleret: exhortationes autem haberent aliquid de proprio, hoc est studio, & industria, & sæpè potius dirigerentur ad docendum, quàm ad mouendum, id exigente ipsarum argumentum.

§. I.

**A**D CVIVS rei maiorem explicationem est aduertendum: Exhortationes, & Conferentijs spirituales ad Nouitios, ad tres potissimum fines inter se rament connexos dirigi, & ordinari. *Primus* est, plenè eos docere omnia, quæ ad perfectionem Euangelicam iuxta Institutum quod profitentur, eiusq; leges pertinent: ambulantis enim per tale institutum, culpa esset, illud ignorare, & cuius essent rationem reddituri, pudor esset illud non scire: cum etiam regula Iuris dicat: *turpe est patricio & nobili viro ius, in quo versatur, ignorare.* Sed quoniam non satis est, quod intellectus instruat, ac de veritate conuincatur, eiusq; precium & æstimatio concipiatur: *Secundus* finis est, voluntatem permouere, & ad perfectionem, quæ profitentur, ita efficaciter allicere, ut verè mutetur, statuatque generosè ac fortiter reijcere, quidquid ipsam impediabat; & aggredi, quidquid iuuat; ut voti compos euadat. Et ex hoc fit ad *tertium* finem transitus, ad applicanda scilicet practi-



practica media, quibus re ipsa perfectio hæc  
tineatur. Ad hos igitur tres fines simul P. Balthassar  
suas exhortationes dirigebat, quamvis aliquid  
diutius in primo hærebat, quam in secundo  
& contra maiorem in secundo vim ponebat,  
in tertio quam in primo. Et sic Tyrones suos  
de iuuabat; commendatis nobis circa eadem  
præcipua capita magni momenti. Primum erat

Ex P. Natali

*Corde & Practicæ.* SPIRITV quidem, magni  
faciendo, tanquam rem à Deo datam, & tanquam  
consilium ac directionem eius. CORDE con-  
piendo magnum ad illud amorem, & affectum  
tanquam ad bonum adeo magnum, & quod tanquam  
nostra referat. PRACTICÆ, contendendo, ut  
ita vitæ nostræ in omnibus nostris actionibus  
conformetur. *Secundum* caput erat, ut in eadem  
Instituti nostri via, & in rebus omnibus præce-  
lis semper habeamus subijcere nos tribus Superi-  
rioribus: Deo scilicet, Prælato, & rationi: quarum  
uis hi duo ad eum reducantur, cuius consilij  
dispositionibus acquiescendum semper est in na-  
turalibus, supernaturalibus, & politicis. In qua  
finem ponderabat sententiam quandam, quam  
diuerat, à quodam Fratre Coadiutore Ioanne Me-  
meno: (cuius postea prolixiorem faciemus  
mentionem) qui rusticano quodam modo de tribus  
his Superioribus dicebat. Deus in coelo; caput  
lum in Ecclesia; Ratio domi: & omnes tres semper  
vnus: Deus enim est vnus, qui per se & per alios go-  
bernat.

Cap. 40. 45.

AD HOS fines consequendos solebat exhorta-  
tiones suas facere circa Regulas Societatis, magis



eas Spiritu explicans, quarum hic aliquas tantum insinuabo, quas ipsemet audiui, cum essem in tertia Probatione. Et quamuis ipse iudicaret, non expedire, ut Nouitij, ipsius exhortationes describerent: quia existimabat id multis esse occasione, negligendi eas in corde scribere, quasi satis sibi esset descriptas in charta habere: ego tamen non existimans me facturum contra eius iudicium, adnotabam in meo libello, quandam earum summam, quæ mihi pro memoria vsui essent. Illo igitur anno, ut Nouitij suum Institutum magni facerent, & valde ad illud afficerentur, coepit exhortationes suas circa res magis insignes, quas illud complectitur; & ipse Societatis prerogatiuas, seu preeminencias appellabat. Singulæ enim Religiones propria aliqua habent, quibus ab alijs differunt, & alias excellunt: harum igitur ipse quatuordecim posuit, quas valde fuse declarauit; & eo tempore valde floruerunt; neque ex eius parte unquam fuerunt imminutæ. Ac propterea visum mihi est eas hic referre, eò quod simul quasi Elenchus, siue Index sint virtutum eius: quia, quod loquebatur, ex propria experientia deducebat. Et quamuis vnus aut alter ob suam imbecillitatem non assequantur tantam perfectionem, atque ipsæ regulæ proponunt, sicut etiam in ipsa met Euangelica lege accidit: non tamen propterea suam illæ excellentiam amittunt, nec desunt multi in quibus illa resplendet.

Q

6.II.PRI-



## §. II.

**P**RIMA prerogatiua est expropriatio Re-  
rum, Locorum, & Personarum: **RERUM**, in  
vestibus, habitatione, & suppellectili, ita ut  
necessarijs tantum sit contentus; nihil habes cla-  
sum, aut tanquam proprium: **LOCORUM**, ut non  
quaerat mutationes nec praelationes, sed portam  
omnino claudat ambitionibus: **PERSONARUM**  
non admittendo particulares amicitias, quae pe-  
cem turbant Communitatum. qui tribus his rebus  
bene exitum habebit cor suum: is erit verè pax  
per Spiritu, magnaque pace fruetur. Hinc *secun-*  
*da* sequitur prerogatiua, **VNIIONIS** scilicet,  
mutuae inter omnes, cum magna charitate,  
& fraternitate; etiamsi multi illi sint, adeoque  
nationibus, complexionibus, eruditione, alijs  
que talentis, & facultatibus distincti: conser-  
uantes aequalitatem in rebus omnibus, quae cum  
tanta diuersitate haberi potest; siquidem vix v-  
llum est priuilegium, vix vlla conceditur exem-  
ptio, solo titulo Officij, aut Eruditionis, aut simi-  
lis eminentiae; sed sola necessitate, & aegritudi-  
ne, eam patientis. *Tertia* est **VIRTUTIS**  
opinio & aestimatio: ita ut sine virtute nul-  
lum talentum, nulla facultas naturalis aestima-  
tur: nam etiam valde exornati magnis nature  
dotibus, si virtutibus careant: parui omnino fi-  
unt: sed res in eo gradu in Societate habentur,  
quo apud Deum sunt; nec oculis tantum carnis  
aspiciuntur. Et hoc nomine valde perpende-  
bat Pater Balthassar, quantum referret, exactè

a 2. Cor. 5. 14 seruare Canonem illum Apostolicum: a *Christus*  
pro



pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: ut qui viuunt, iam non sibi viuant; sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Quarta Prærogatiua est speciale OBEDIENTIAE votum, quo se Pontifici summo obstringit: & quidem in rebus adeo arduis, quales sunt proficisci, quocunque ille mittere nos voluerit, ad fideles, & infideles; ad hæreticos, aut rebelles, & obstinatos, etiam cum periculo vitæ amittendæ. Quod votum adeo gloriosum à Deo D. N. fuit inspiratum, tanquã his temporibus valde vtile & oportunum. Societas enim tunc nata est, cum Lutherus coepit debitam Ecclesiæ Romanæ obedientiam abnegare: quare æquum omnino erat, ut tota nostra Religio ipsi se dedicaret, ut eam tueretur, & sustentaret. Deinde, quod cum subditus facilem, & promptum Superiori se exhibet, ad obediendum: Superior delectatur, eidem aliquid iubendo. Quinta Præminentia POTESTIAS SEPVRGANDI, & à se dimittendi, quos videt in virtute non proficere: ne malo suo exemplo alijs noceat; & admissi cautiùs viuant: & hoc ipsum, quod alijs merum incutit: corpus hoc mysticum in sua perfectione & vita conseruat. Sexta est PRVDENTIA ac Discretio in externis pœnitentijs, & corporis asperitatibus limitandis: ne robusti paucas subeant; neq; debiles nimias. Quamobrem, etsi mortua siue scripta Regula pœnitentiæ constituta non sint; à viuente tamen, ipso scilicet Superiore præscribuntur: quia is nouit cuiusque necessitatem & vires: commendat verò omnibus continuum earum usum, sicut ordinariè tantus erat, ut fræne potiùs

Q 2

potiùs



potius opus fuerit, quàm calcaribus: eò quòd  
 iectorum salus ex earum excessu sensim debilita-  
 batur: præcipuè cum perfectissima omnium po-  
 nitentia, semper & in omnibus emineat, Ab-  
 gatio scilicet propriæ voluntatis. *Septima*  
*quotidianus variarum POENITENTIARUM*  
*in Refectorio VSVS*, ob causas sæpè valde leues  
 suasque culpas ac defectus dicere, & easdem  
 alijs priuatim, aut publicè audire: quæ res ex se  
 valde difficilis, & grauis: quam tamen præ  
 vsus cum gratia Dei facilem reddidit. *Octava*  
*CLARITAS CONSCIENTIÆ*, cum Superio-  
 ribus, & Præfecto rerum spiritualium, à quibus  
 eisdem dirigantur: nolentes proprio suo iudicio  
 duci, etiam in rebus, quæ bonæ aliàs esse videntur,  
 nec erubescunt prauas etiam aperire, vt ad eas vi-  
 cendas adiuuentur. *Nona AVVLSIO* à Co-  
 sanguineis, ita vt aliqui crucem reputent, si à  
 patriam suam mittantur. Nam licet torpescat  
 te Spiritu, Carnis & Sanguinis amor reuereat  
 religio tamen ipsa adeò exactè illum munit  
 auersionem quandam potiùs adferat, quàm appè-  
 titum id quærendi. *Decima* est, quòd expediti-  
 beri que sint à Suffragijs, & Electionibus ad Offi-  
 cia, ac Munia Societatis; neque ambire possint  
 tus, aut extra illam vllas dignitates: omnium e-  
 nim horum curam à suis remouet Societas, vt eam  
 in maiori pace & humilitate conseruet; & om-  
 nem euellat discordiæ, ambitionisq; radicem; se-  
 lumq; attendant spirituali suo profectui. Et quòd  
 seuerius hoc in Ecclesiasticis dignitatibus reser-  
 ciendis seruatur: quas nullus potest admittere  
 nisi Pontifex summus in Virtute Obedientiæ  
 beat



beat : idque tum vt nos magis in humilitate conseruet : tum, ne optima Subiecta, quæ nos docere, ac ædificare reliquos debuissent nobis auferantur. *Vndecima* est **LIBERTAS**, qua Societas agit cum suis Tyronibus, quos mittit peregrinatum, & ad aliquas Missiones, cum facultate agendi cum proximis, ad sumendam de eis experientiam: credens, & confidens, vocatos à Deo, etiam extra priuatos parietes conseruari, ac tutos esse: Propterea enim dixisse Christum suis Apostolis, *vultis & vos abire* ? quod si non sunt à Deo vocati, discedant statim; ne, si diutius maneant, discessio sit magis perniciofa. Nec tamen hæc libertas attentione, & custodia superiorum, & aliorum, qui ad id constituuntur vigilatia caret: præter internam cuiusque custodiam, quæ semper renouatur per conscientia examinem & orationem. *Duodecima* est, **Excelsus FINIS** nostræ Vocationis; & opinio ac nomen, quod Societas apud omne genus hominum, & nationes totius orbis habet: quæ, etiamsi vltima accesserit, non tamen est in acceptatione & applausu postrema; **MEDIA** item aptissima, quæ ad id habet: præsupposita bona & exemplari vita recursuque ad **DEVM** per Sacrificia, & Orationes: vt faciat nos cum tanta personarum varietate, rectè iuxta ipsius voluntatem, & pro ipsius gloria agere. Pro Magnatibus, & Eruditis habet eruditionem & doctrinam; pro plebe vsum Sacramentorum; pro pijs ac deuotis, Orationis exercitia; pro duris ac morosis habet, quòd eorum filios instruat; pro infantibus Christianam doctrinam, quibuscum quodammodo reperascit.



*Decimatertia* est **O B E D I E N T I A**, quae in Societate cum his quatuor circumstantiis practicatur, quod scilicet sit Vniuersalis, quae comprehenditur omnes res licitas, siue faciles sint, siue difficiles; siue honorificae, aut viles: quod exhibetur omnibus Superioribus, maioribus, & minoribus siue talento praeditis, siue non: quod completitur omnes suos gradus, affectum scilicet voluntatis, iudicij conformitatem, & plenam executionem; nec solum quo ad rei propositae substantiam, sed etiam quo ad modum & rationem agendo: quocumque tandem modo iubeatur, siue humaniter ac beneuolentem, siue toruere & asperum, de quoque ut omnes, nemine excepto, obediant, etiam si subditus qualitates habeat, ac dotes generis, ingenij, eruditionis & similes, quibus ipse Superior careat. *Decimaquarta* & vltima est **P Y G N A** & **C O N T R A D I C T I O** mundi huius in ipsam Societatem: cum multis tribulationibus ac persecutionibus: quae sunt ipsi valde utiles, ut in humilitate conseruetur, ad Deum recurrat, & suam fiduciam in eius prouidentia ponat; imò ex eadem causa effectum est, ut illa magis dilataretur, & cresceret quemadmodum Ecclesiae primigeniae euenit. Magis formidanda est occulta, & laruata persecutio, quae prosequitur offerendo honores, & occasiones deliciarum: est enim haec pugna periculosior, siue pateat illi ad cor aditus.

**H A E** sunt quatuordecim Prærogatiuae, de quibus Pater Balthassar exhortationes suas ab initio huius anni habuit, fusius ac distinctius explicando, quae in singulis continentur, quas etsi varis Scripturae diuinae, & sanctorum Patrum sententiae exor-



exornavit, plurimi tamen fiebat Spiritus feruor,  
& cœlestis quædam vis, quibus res huiusmodi docebat, exstimulans nos, ne à tanti Instituti nostri excellentia degeneraremus; & perfectionē, quam primi nostri Patres fuerunt secuti, ignauia nostra obfuscaremus.

## CAPVT XXII.

PLURA ALIA ACCIPIEBAT  
suarum exhortationum argumenta, ad  
pleniorē, & perfectiorē  
Tyronum instru-  
tionem.



VM Nouitij sint instar infantium in virtute, opusq; habeant in rebus omnibus instrui, quæ pertinent ad Christianæ, ac Religiosæ vitæ Politiam, & cuiusque integram reformationem internam, quam solus Deus videt; & externam, quam vident etiam homines: hæc omnia Pater Balthassar accipiebat tanquam argumenta suarum exhortationum: vt impleret quod docet Apostolus: *a docentes omnem hominem a Ad. Coloss. in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem. 1. 28. perfectum in Christo Iesu.* ita inquam P. Balthassar oēs suos Tyrones docebat omnia, quæ illos scire oportebat: totam suam sapientiã, doctrinam, & industriã, quã Deus illi cõmunicabat, eò dirigēs: vt illi perfecti euaderent in interiori & exteriori homine,

Q 4 adimi-